



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotae.

Leroy, François

Pragae, 1666

Protestatio Autoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47123)

PROTESTATIO AUTORIS.

CUm S. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij 1625. Decretum ediderit, idemque confirmavit die 5. Julij 1634. quo inhibuit imprimi libros, hominum qui sanctitatis seu martyrij famam celebres è vita migraverint, gesta, miracula, vel revelationes, seu quaecunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à DEO accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarij, & quæ hæcenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censi approbata.

Idem autem Sanctissimus die 5. Junij 1641. ita explicuerit, ut nimirum non admittantur elogia Sancti vel Beati absolute, & quæ cadunt super personam, bene tamen ea quæ cadunt super mores & opinioem, cum protestatione, quod nulla eis adsit autoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantum sit penes autorem.

Huic decreto ejusque confirmationi & declarationi, observantiâ ac reverentiâ, quâ par est, insistendo, profiteor me hæud alio sensu, quidquid in hoc libro refero, accipere, & accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humanâ duntaxat autoritate, non autem divinâ Catholice Romanæ Ecclesiæ, aut S. Sedis Apostolicæ nituntur: ijs tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit.



PARS